

Kreis
Steinfurt

S 250

1189.

[6

Bischof Hermann II. von Münster befundet die Übertragung eines Zehntens in Südlöhne, Ktzt. Schepsdorf, Kr. Lingen, (an das Kloster Bietmarschen).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, secundus. Quoniam ea, que in tempore fiunt, cum tempore labuntur et hominum memoria nec diuturna permanet nec res, ut fiunt, firmiter continet, ideo necessarium et utile est scriptis ea committere, que posteritati ad veram de hiis noticiam habendam cautum est transmittere. Presentibus igitur ac futuris notum esse volumus, quod Elvericus de Sutlon quandam minutam decimam, que affoster dicitur, contulimus de bonis illis, que de manu nostra in feudo tenet in Sutlon sitis.¹⁾ Ut igitur hec rata permaneant ac stabilia, presentem cartulam conscribi et sigillo nostro signari precepimus. Testes autem huius rei sunt tam clerici quam laici; clerici sunt hii: Herimannus ecclesie sancti Mauritii prepositus, Franco ecclesie sancti Pauli prepositus, magister Heinricus Traiectensis, magister Apollonius, Symon, Liudgerus; laici sunt: Thietmundus, frater prepositi sancti Pauli, Heinricus Hicco, Baldemarus de Wisgelo et filius suus Christianus, Sigewinus de Ostenvelde. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^oc^olxxx^oviii. Indictione VII.

Orig. Siegel ab. IX. Kap. I. 27. Rückschrift: Toe Ven. Decima in Suutloen.

¹⁾ Der ganze wesentliche Inhalt der Urkunde (Resignation des Elvericus und Übertragung des Zehntens in Südlöhne an Kloster Bietmarschen) ist wesentlichlich aus-